



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.6. Ecclesia in Anglia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

Sæcul. VIII. nua. Ad utrumque latus, nempe Leo
 A. C. 796. Papa a dextro, & Carolus Rex a sinistro
 genua flectunt. Una manu S. Petrus
 Alam pariet. Pallium dat Papæ, & altera Regi Vexil-
 Later. lum, in quo rosæ sex conspiciuntur. In
 parte inferiore leguntur verba: *Sancle
 Petre, da Leoni Papæ vitam, & Carolo
 Regi Victoriam.*

§. VI.

Ecclesie in Anglia.

to.7. Conc. p. Quenulfus Rex Merciorum Offæ Suc-
 1109. cessor comperta Hadriani Papæ
 morte, datis ad Leonem litteris, rogavit,
 ut loco Filii adoptivi se haberet, promit-
 tens perfectam obedientiam. Tum sub-
 dit: *Non te latet, quod Rex Offa primo
 molitus fuerit, Diocesim Cantuariensem
 in duas partes dividere propter odium,
 quod inter ipsum, & Archiepiscopum
 Jambertum, atque illius Civitatis popu-
 lum intercedebat, quodque ejusdem Regis
 precibus dederit Hadrianus Papa, ut, quod
 ante illud tempus nunquam factum, Pal-
 lium concederet Merciorum Episcopo. E-
 rat is Episcopus Lichfeldensis, qui tunc
 ad Archiepiscopi Dignitatem evectus*
 to.7. Conc. p. fuit. *Nos tamen neutrum vituperamus,
 1148. credentes, quod jam cum Jesu Christo
 regnent, sed rogamus te, ut nobis scribas,
 quid factu opus sit, ne inter nos scisma
 oriatur. Id quoque rogavit, ut quere-*
 las

las Athelradi seu Adelardi tunc Archi-^{Sæcul. VIII.}
episcopi Cantuariensis examini subji-^{A. C. 796.}
ret Pontifex, atque, ut suas Epistolas Leo-
ni commendaret, centum viginti marcas
dono adjecit.

Cum Athelradus Archiepiscopus, ^{o-v. Cang.}
olim Abbas Malmesburiensis, & deinde ^{glos. Man.}
Episcopus Wintoniensis, ipsemet has E-
pistolas detulisset, Pontifex viri scien-
tiam & pietatem admiratus, dato respon-
so, eidem lubentissime concessit potesta-
tem etiam Reges & Principes, Dei præ-
cepta transgredientes, excommunicandi.
Forte ideo, ut ob Sacræ Sedis reveren-
tiam Censuræ magis timerentur. Cete-
rum Papa Archiepiscopo omnem illam
reddidit Auctoritatem, qua Antecesso-
res ejus secundum ordinem a S. Grego-
rio stabilitum tam in Ordinatione & Con-
firmatione Episcoporum, quam in Regi-
mine Monasteriorum gaudebant. Ut
ea, quæ in hoc Decreto præcipiebantur,
exqueretur, Athelradus Concilium in
loco *Bacanceld* celebravit, in quo Rex
præfens prohibuit, ne Laici Bonorum Ec-
clesiæ dominium usurparent. Hæc anno
796. Quenulfi Regis secundo acta sunt,
Episcopis septendecim, & aliquot Abba-
tibus subscribentibus.

Sub idem tempus, jubente Rege aliud
Concilium celebratum est in Nordhum-
bria, quod Regnum, Rege ultimo Ethel-

Pp 4 berto

Sæcul. VIII. berto anno 794. occiso, extinctum. Hæc
A. C. 796. Synodus in loco, qui dicebatur *Fincab-*
bal, Echanbaldo Archiepiscopo Eboracensi præsidente, habita, in qua præceptum, ut antiqua Disciplina & præscriptum tempus Paschatis servaretur.

Simeon Dunehm. L. II. Antequam hæc Synodus ageretur, scilicet anno 793. Ethelredi, qui idem est ac Ethelbertus, regnantis quinto, Dani, seu Normanni, Angliæ littora infestaverunt, & de navibus descendentes, quocumque pervenirent, prædas egerunt, Presbyteros, Monachos, Sanctimoniales occiderunt. Septima die Junii Ecclesiam Lindisfarnensem invadunt, Altaria evertunt, & Thesaurum diripiunt. Quosdam etiam ex Monachis trucidant, alios captivos abstrahunt, alios spoliatos & modis indignis habitos in mare præcipitant. Postquam autem funestæ prædonum cohortes recessissent, illi Monachi, qui eorum furorem effugerant, apud Reliquias S. Cuthberti Patroni sui denuo congregati sunt, & nihilominus Sedes Episcopalis in illa Ecclesia adhuc dum longo tempore stetit.

Sup. Lib. XL. §. 43.

§. VII.

Constantini Fata. Irene imperat.

Theoph. an. 7. p. 398. Inter hæc in Oriente Imperator Constantinus juvenis Irenis matris infidiis carceri datur, cum ea Procerum præcipuos in